

Zur Datierung: Die in der kurialen Minuskel des 13. Jahrhunderts geschriebene Urkunde ist Papst Clemens IV., der 1265 September 22 in Perugia urkundete (Potthast II, S. 1566, Nr. 19359 und 19360; Reg. de Clément IV [Tables], Sp. 6), als Aussteller zuzuweisen, wofür ebenso die Vermerke des Schreibers, Taxators und Prokurators, die allesamt unter Clemens IV. belegt sind, sprechen.

Clemens episcopus servus servorum dei. Dilecto filio . . . abbati monasterii de Goççich Halberstadensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Pium | esse dinoscitur^{a)}, ut gloriantibus in malitia¹⁾ per nos taliter obsistatur, quod repressis eorum insultibus vacantes divino cultui liberius possint | in observantia mandatorum domini delectari. Cum itaque dilecti filii . . . prepositus et conventus monasterii sancti Thome in Lipç ordinis sancti | Augustini Merseburgensis diocesis diversis, prout accepimus, affligantur molestiis et pressuris, nos eorum providere quieti et malignorum | malitiis obviare volentes discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus prefatis preposito et conventui adversus | raptorum, predonum et invasorum audaciam efficaci presidio defensionis assistens non permittas eos in personis et bonis suis a talibus | molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, attentius provisurus, ne de hiis, que cause | cognitionem exigunt vel que personas et bona non contingunt ipsorum, te aliquatenus intromittas. Nos enim, si secus presumpseris, | tam presentes litteras quam etiam processum, quem per te illarum auctoritate haberi contigerit, omnino carere viribus ac nullius | fore decernimus firmitatis. Huiusmodi ergo mandatum nostrum sic sapienter et fideliter exequaris, quod eius fines quomodolibet non | excedas, presentibus post triennium minime valituris. Dat. Perusii X kal. octobr. | pontificatus nostri anno primo.

(B. D.)

111.

Papst Clemens IV. beauftragt den Scholaster von Wurzen und den Kanoniker Walung von Wurzen, den zwischen dem Kleriker Dietrich von (Großen-)Hain und den Rektoren der Kirchen von Wellerswalde, Peritz und Leutewitz wegen bestimmter Bücher und anderer Dinge ausgebrochenen Streit zu untersuchen und zu entscheiden.

1266 November 22, Viterbo

Original: Dresden, HStA, 10001, Ältere Urkunden, OU. 680 (A) — Provenienz: nicht bestimmbar¹⁾ — Pergament: 16,5–16,6 cm breit, 11,2–11,3 cm hoch, Plica 2,2–2,4 cm — littera cum filo canapis — Besiegung: Bleibulle Clemens' IV. (Apostelstempel 6, Namensstempel 2) hängt an Hanfschnur.

110. a) dignoscitur durch Rasur (0,2 cm) zu dinoscitur korrigiert, zwischen i und n ein Verbindungsstrich von derselben Tinte A.

1) Vgl. Ps. 51, 3.